

109

Tædas Nuptiales

Genere & Virtute Ornatisissimi

DOMINI  
CHRISTOPHORI  
ANDREÆ BLVMINGKII,  
Civis & Mercatoris Thoruniensis honorandi,  
SPONSI,

&

Nob. virtutibusque sui sexus conspicuæ,

VIRGINIS,

CHRISTINÆ  
ELISABETHÆ  
Natal.

WACHSCHILA-  
GERIÆ  
SPONSÆ

Auspicatissimo Lumine Thorunii.

An. 1707. d 15. Novembris. accensas


Illustratum ivit.

Familiæ Wachschlagerianæ addictiss.

M. MARTINUS Bohm. PASSENHEIMENSIS

Impr: Thorunii in Chalcographo Nob Senat⁹ & Gymna.

Dok. K. fol. 2/12



Ad Præstantissimum Dominum Sponsum,  
Litterarum amantem.

**N**ascitur indigne per quem non nascitur  
alter.

sunt non postremi dogmata sana Viri.

Cernis ut innocuo vivant animalia nexu,

Et subeat castum casta columba jugum,

Cernis ut in lato pisces sectentur amorem

Æquore, quem plantat Vis celebranda Dei.

Cernis ut æstivo Connubia tempore quærant

Plurima, queis licitus non prohibetur amor,

Nec tamen acris hyems licitos dispellit amores,

Frigida namque quies gestit amore frui.

Sic est. sic recto decurrit tramite vita,

Si facienda facis. si fugienda fugis,

Castus amor casto vult pectore semper <sup>amare</sup>  
<sub>amari</sub>

Quamvis amari copia multa datur,

Mens Animusque pius fidenti corde Jehovæ

Iucumbit, vanas quisquiliisque fugat.

\* Non dicit: Bellona furit cum Marte cruento,

Non potero prolem meque cibare probe.

Impavidus tardas divino accedit amore,

Et curas Domino tradit ubique suo.

Perversus damnis variis licet irruat Orbis,

Spem locat in Dominum fœdera sacra colens,

Ac ita non oritur vel nascitur ille superstes

Indigne: digno nomine clarus erit.

Te ter felicem ,ter faustum ,terque beatum

Sponse, tuam vitam concomitatur amor.

Vivis, quo facias dilectam vivere prolem ,

Nominis atque Tui multiplicare decus.

Quis facinus clarum mordaci rodere tentet

Dente? licet bellis æstuet omnis ager.

Te pietas, Te recta fides & dextera virtus

Commendat, talis cum Tibi Sponsa venit:

Non modo quæ claris notisque Parentibus orta,

Sed quam collaudant forma decusque pium.

Vivite Concordes in longos Nestoris annos!

Nomine nascatur dignus utroque Nepos.

An die Hochwehrte und Eugendsahme Jungfr. Braut.

**M**as hör ich / Wehrste Braut soll Sie den Jungfer  
Orden worden

Und Stand verlassen bald / weil Sie ja ießt ge-  
Die / Die Herrn Bräutgam liebt / und Gott es also schickt /  
Das Sie Ihm zugethan mit reiner Lieb sich schmückt.  
Man wird Sie zwar nicht leicht aus unsern Sinnen lassen /  
Ob Sie gleich ziehen wird von uns in andre Strassen.

Ihr Wohlsein / gutter Muth / und treugesintes Herz /  
wird stets in unserm Sinn hell brennen wie ein Kerz /  
Sie lebe stets in Gott gekrönt mit vielem Seegen.

Der Höchste sey mit Ihr vergnügt auff ihren Wegen!

Der Gott der Euch in Lieb zusammen hat gebracht /  
Wird über Euer Glück noch ferner sein bedacht /  
Kein rauher Unlust-Nord woll Eure Lust zerstören /  
Vergnügen Lieb und Fried wird Euer Hauß beecken:

Bestrahlte Liebligkeit zu Eurer Seiten steh /  
In wenig fas ich viel : Beglückt sey Eure Eh !

Damit der Eltern Herz znm Grabm sich nimmer neige /  
Sonst aber allezeit viel liebes Euch erzeige.

Blüht stets in grossem Kuhm zu Eurer Freunde Freud /  
Mit ungestörtem Heyl und höchster Liebligkeit.

Intolerabilius

**I**ntolerabilius nil est, quam fæmina dives  
verbis, ore gravis, sic Juvenalis ait.  
Non equidem vellem sponsos censere novellos,  
explorata tamen dicere namque vetat.  
Tetrica avarities et amor furiosus habendi,  
Est procul a sposo Florida Sponsa TUO,  
Est visu facilis dictuque affabilis omni,  
Nec vapidovulpem pectorē & ore gerit.  
veste palatina non vult teinerare lacertos,  
cum latus atque femur sat bene lana tegat.  
Huic moderata est mens, sponsæ est moderata  
voluntas,  
sic bene conveniunt pectora juncta duo,  
fronti si qua fides, claram virtutibus esse,  
colligo te dignam conscientia fama canit.  
Nil restat quam cum tua poscunt gaudia nostrum  
votum, sponse, feram seria vota toro  
pacis amor regnet, pax cœli jnngat amantes,  
inter coniunctos classica nulla tonent.  
Me quoque quē nosti soror heu ne desere fratrē,  
Nec fungos inter serpere quæso finas,  
Donec ad æthereas vos ambos transferat ædes,  
Ætatis saturos qui tenet astra, Deus.

Sic Nuptiis Sororis suæ dilectissimæ,  
Et Nob: Affinis accinere debuit.

M. W. J. U. Pr.



413529